PSALTERIUM

DISPOSITUM PER HEBDOMADAM

PRO NOCTURNIS HORIS

SECUNDUM REGULAM

SS. PATRIS NOSTRI BENEDICTI

http://www.scribd.com/doc/38581430/Psalterium-Per-Nocturnis-Horis

DOMINICA

Invitatorium sequens dicitur in Dominicis post Epiphaniam a die 14 Januarii et deinceps ante Septuagesimam atque in Domincis post Pentecosten a Dominica IV post Pentecosten.

Adorémus Dóminum, qui fecit nos. Venite.

Expleto Psalmo, dicitur Hymnus Invitatorio respondens.

Sequens Hymnus dicitur in Dominicis post Epiphaniam a die 14 Januarii usque ad Dominicam Quinquagesimæ inclusive, et a Dominica proximiori Kalendis Octorbis scilicet a die 28 Septembris usque ad Dominicam ultimam post Pentecosten.

Hymn. *S. Ambrosius*

PRimo dierum ómnium, Quo mundus exstat cónditus, Vel quo resúrgens Cónditor Nos, morte victa, líberat: 2. Pulsis procul torpóribus, Surgámus omnes ócius, Et nocte quærámus Pium, sicut prophétam nóvimus: 3. Nostras preces ut áudiat, Suamque dextram pórrigat, Et expiátos sórdibus Reddat polórum sédibus: 4. Ut, quique sacratíssimo Hujus diéi témpore Horis quietis psállimus, Donis beátis múneret. 5. Jam nunc, patérna cláritas, Te postulámus áfatim: Absit libído sórdidans, Et omnis actus nóxius. 6. Ne foeda sit, vel lúbrica Compágo nostri córporis, Per quam avérni ignibus Ipsi cremémur á-crius. 7. Ob hocRedémptor, quæsumus, Ut probra nostra díluas; Vitæ perénnis cómmoda Nobis benígne cónferas. 8. Quo carnis actu éxsules Effécti ipsi cælibis, Ut præstolámur cérnui, Melos canámus glóriæ. 9. Præsta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Parácli- to Regnans per omne sæculum. Amen.

Sequens Hymnus dicitur in Dominicis IV et reliquis Dominicis post Pentecosten usque ad Dominicam proximiorem Kalendis Octobris id est ad 27 Septembris inclusive occurentibus.

Hymn.

NOcte surgéntes vigilemus omnes, Semper in psalmis meditémur, atque Viribus totis Dómino canámus Dúlciter hymnos. 2. Ut pio Regi páriter canéntes, Cum suis Sanctis mere- ámur aulam Ingrédi coeli, simul et beátam Dúcere vitam. 3. Præstet hoc nobis Déitas beáta Patris, ac Nati, paritérque Sancti Spíritus, cujus réboat in omni Glória mundo. Amen.

Aliis temporibus a supradictis, Invitatorium et Hymnus ut in Proprio de Tempore pro Officiis varietate.

Expleto Hymno, dicuntur Antiphonæ convenientes, quæ in Dominicis et Officiis ritus Semiduplicis ac Simplicis initio Psalmi inchoantur tantum usque ad Asteriscum perducuntur, atque in fine integræ pronuntiantur; in Officiis vero ritus Duplicis ac Domincis, si sub ritu Duplici majori celbrantur, ante et post Psalmos integræ recitantur.

Dominica in I Nocturno

In Adventu *Cantor super Zach.9,9*
Veniet ecce Rex excélsus cum potestá-te magna ad salvándas Gentes, allelúja.
Per Annum *Ps.20,1*
Dómine, in virtúte tua lætábitur rex.

Sub congruentibus Antiphonis dicuntur sex Psalmi, ac deinde subjungitur Versus, prouti Officium occurrens requirit; quod etiam servatur in II Nocturno.

Tempore Paschali
Allelúja, lapis revolútus est, allelúja: abstio monuménti, allelúja, alleluja.

Sub una tantum Antiphona dicuntur Psalmi in unoquoque Nocturno, etiam in Feriis.
Antiphonæ autem cum Psalmis et Versibus, in Adventu necnon per Annum ac Tempore paschali assignatæ, adhibentur semper, extra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ Ascensionis, Ss. Corporis Christi et Ss. Cordis Jesu, quando fit Officium de Dominica seu minori seu majori.
Psalmus 20 *Dómine, in virtúe tua lætábitur rex:*
Psalmus 21 *Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti?*

In Adventu *Is.35,4 et Cantor*
Conortáte manus dissol-tas: confortámini, dícite: Ecce Deus noster véniet, et salvabit nos, allelúja.
Per Annum *Ps.22,1*
Dóminus regit me et nihil mihi déerit.

Psalmus 22 *Dóminus regit me, et nihil mihi déerit:*
Psalmus 23 *Dómini est terra, et plenitúdo ejus:*

In Adventu *Cantor super Is.66,10*
Gaudéte omnes et lætámini: ecce qui-a veniet Dóminus ultiónis, adducet retributiónem: ipse véniet et salvábit nos.
Per Annum *Ps.24,15*
Oculi mei semper ad Dóminum.
Psalmus 24 *Ad te, Dómine, levávi ánimam meam:*
Psalmus 25 *Júdica me Dómine,*

In Adventu
V/ Ex Sion spécies decóris ejus.
R/ Deus noster manifése véniet.
Per Annum
V/ Memor fui nocte nóminis tui, Dómine.
R/ Et custodivi legem tuam.
In Quadragesima
V/ Ipse liberávit me de láqueo venántium.
R/ Et a verbo áspero.
Tempore Passionis
V/ Erue a frámea, Deus, ánimam meam.
R/ Et de manu canis únicam meam.
Tempore Paschali
V/ Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúja.
R/ Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Reliqua ut in Ordinario

Dominica in II Nocturno

In Adventu *Cantor super Lam. Jer.4,21*
Gaude et lætáre, fília Jerú**s**alem: ecce Rex tuus véniet tibi: Sion, noli timére, quia cito véniet salus tua
Per Annum *Ps.26,1*
Dóminus defénsor vitæ meæ
Tempore Paschali
Allelúja, quem quæris, múlier? allelúja: vivéntem cum mórtuis, allelúja, allelúja.
Psalmus 26 *Dóminus illuminátio mea, et salus mea,*
Psalmus 27 *Ad te Dómine clamábo, Deus neus ne síleas a me:*

In Adventu
Rex noster advéniet Christus, quem Joánnes prædicávit Agnum esse ventúrum.
Per Annum *Ps.28,2*
Adoráte Dóminum in aula sancta ejus.
Psalmus 28 *Afférte Dómino, ili Dei: afférte Dómino fílios aríetum.*
Psalmus 29 *Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me:*

In Adventu *Apoc.22,12*
Ecce vénio cito, et merces mea mecum est, dicit Dóminus: dare unicuique secúndum ópera sua.
Per Annum *Ps.9,7 et Paral.14,11*
In tua justítia, líbera me, Dómine.
Psalmus 30 *In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum:*
Psalmus 31 *Beátus quorum remíssæ sunt iniquitátes:*

In Adventu
V/ Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.
R/ De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.
Per Annum
V/ Média nocte surgébam ad coniténdum tibi.
R/ Super judícia justiicatiónis tuæ.
In Quadragesima
V/ Scápulis suis obumbrábit tibi.
R/ Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis
V/ De ore leónis líbera me, Dómine.
R/ Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.
Tempore Paschali
V/ Surréxit Dóminus vere, allelúja.
R/ Et appáruit Simóni, allelúja.

Reliqua ut in Ordinario

Dominica in III Nocturno

Sub congruenti Antiphona dicuntur tria Cantica, ac deinde subjungitur Versus prouti Officium occurrens requirit.

Cantica in Adventu

In Adventu *Ambr. Expos. Evang. Luc. lib.2*
Gábriël Angelus locútus est Mariæ, dicens: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui.

Canticum I *Is. 40, 10-17*
Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet,
Canticum II *Is. 42, 10-16*
Cantáte Dómino cánticum novum, laus ejus ab extrémis terræ:
Canticum III *Is. 49, 7-13*
Hæc dicit Dóminus redémptor Israël, sanctus ejus
V/ Egrediétur Dóminus de loco sancto ejus.
R/ Véniet, ut salvet pópulum suum.

Cantica per Annum

Dicuntur a Dominica II post Epiphaniam usque ad Dominicam Quinquagesimæ et a Dominica IV post Pentecosten usque ad ultimam Dominicam post Pentecosten inclusive.

Per Annum extra Septuagesimam
Alleluja, allelúja, alleluja.

In Domincia Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ Antiphona ut in Proprio de Tempore.
Canticum I *Is. 33, 2-10*
Dómine, miserére nostri: te enim exspectávimus:
Canticum II *Is. 33, 13-18*
Audíte qui longe estis, quæ fécerim,
Canticum III *Eccli. 36, 14-19*
Miserére plebi tuæ, super quam invocátum est nomen tuum:
V/ Exaltáre, Dómine, in virtúte tua.
R/ Cantábimus et psallémus virtútes tuas.

Cantica in Quadragesima

Antiphona propria in Proprio de Tempore

Canticum I *Jer. 14, 17-21*

Dedúcant óculi mei lácrimam per noctem et diem,

Canticum II *Thren. 5, 1-7. 15-17. 19-21*

Recordáre, Dómine, quid accíderit nobis:

Canticum III *Ezech. 36, 24-28*

Tollam quippe vos de Géntibus,

Tempore Quadragesimæ

V/ Scuto circúmdabit te véritas ejus.
R/ Non timébis a timóre noctúrno.

Tempore Passionis

V/ Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam.
R/ Et cum viris sánguinum vitam meam.

Cantica Paschalia

Antiphona propria in Proprio de Tempore

Canticum I *Is. 63, 1-5*

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra?

Canticum II *Oseæ 6, 1-6*

Veníte, et revertámur ad Dóminum:

Canticum III *Soph. 3, 8-13*

Exspécta me, dicit Dóminus,

Tempore Paschali nisi aliter notetur

V/ Gavísi sunt discípuli, allelúja.
R/ Viso Dómino, allelúja.

Cantica in variis Festis

Antiphona propria in Proprio de Tempore

Canticum I *Hab. 3, 1-6*

Dómine, audívi auditiónem tuam, et tímui.

Canticum II *Hab. 3, 7-12*

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ,

Canticum III *Hab. 3, 13-19*

Egréssus est in salútem pópuli ti: in salútem cum Christo tuo:

*Antiphona repetitur integra et **V/** ut in Proprio, reliqua ut in Ordinario.*

FERIA SECUNDA

Omnia ut in Ordinario cf. Per Annum: Invitatorium et Hymnus cantantur quotidie de Feria currenti, ut in Psalterio hic et alibi apponuntur.

Invit. *Ps.94,1*

Veníte, Exsultémus Dómino

In primo Psalmi versu non repetitur Veníte, exsultémus Dómino, *sed post repetitum Invitatorium, statim subjungitur.*

Jubilémus Deo, salutári nostro

Hymn.

Somno reféctis ártubus, Spreto cubíli, súrgimus: Nobis, Pater, canéntibus Adésse te depóscimus. 2. Te lingua primum cóncinat, te mentis ardor ámbiat: Ut áctuum sequéntium Tu, Sancte, sis exórdium. 3. Cedant tenébræ lúmini, Et nox diúrno sí deri, Ut culpa, quam nox íntulit, Lucis labáscat múnere. 4. Precámur i*d*em súpplices, Noxas ut omnes ámputes, Et ore te canéntium Laudéris in perpétuum. 5. Præsta, Pater piissime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Paráclito Regnans per omne saeculum. Amen.

Inviatoria ferialia dicuntur in feriali Officio post Octavam Epiphaniæ usque ad Sabbatum ante Dominicam Passionis et a Feria II post Festum Ss. Trinitatis usque ad Sabbatum ante Dominicam I Adventus. Hymni vero ad Matutinum usque ad Sabbatum ante Dominicam I Quadragesimæ, et a Feria II post festum Ss. Trinitatis usque ad Sabbatum ante Dominicam I Adventus;Antiphonæ autem Nocturnorum per totum Anum ut infra.

Feria II in I Nocturno

Extra Tempus Paschale *Ps.32*

REctos decet collaudátio.

Tempore Paschali

Allelúja, allelúja, allelúja.

Sub una tantum Antiphona Allelúja, *in hac et aliis Feriis, dicuntur sex Psalmi in unoquoque Nocturno a Feria II post Dominicam in Albis usque ad Feriam VI post Octavam Ascensionis.*

Antiphonæ, tam intra quam extra Tempus Paschale, in hac et aliis Feriis appositæ, dicuntur semper in OIcio feriali et in Festis III vel unius Lectionis, quando juxta Rubricas sumendi sint Psalmi de Feria, ut in Psalterio. In Festis ritus Duplicis duplicantur Antiphonæ.
In die infra Octavam Antiphona propria.
Psalmus 32 *Exsultáte, justi, in Dómino:*
Psalmus 33 *Benedícam Dóminum in omni témpore:*

Extra Tempus Paschale *Ps.34,1*
Expúgna impugnántes me.
Psalmus 34 *Júdica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes me*.

Extra Tempus Paschale *Ps.36,5*
Revela Dómino viam tuam.
Psalmus 36 *Noli æmulári in malignántibus:*
Divisio *Declína a malo, et fac bonum: et inhábita in saeculum saeculi*.

Extra Tempus Paschale *Ps.37,2*
Ne in ira tua árguas me, Dómine.
Psalmus 37 *Dómine, ne in furóre tuo árguas me,*

In Officio Feriali

Per Annum
V/ Dómine, in coelo misericórdia tua.
R/ Et véritas tua usque ad nubes.
in Adventu
V/ Ex Sion spécies decóris ejus.
R/ Deus noster maniféste véniet.
In Quadragesima
V/ Ipse liberávit me de láqueo venántium.
R/ Et a verbo áspero.
Tempore Passionis
V/ Erue a frámea, Deus ánimam meam.
R/ Et de manu canis únicam meam.
Tempore Paschali
V/ Surréxit dóminus de sepúlchro, allelúja.
R/ Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

In Officio Festivo

*In Festis Duplicibus trium vel unius Lectionis et Simplicibus dicitur **V/** de Feria:*

In Adventu, Tempore post Navititatem D-ni et per Annum

V/ Dómine, in coelo misericórdia tua.
R/ Et véritas tua usque ad nubes.

Tempore Paschali usque ad Ascensionem Domini

V/ Surréxit dóminus de sepúlchro, allelúja.
R/ Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Infra Octavam Ascensionis Domini

V/ Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.
R/ Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas.

Absolutio

Exáudi, Dómine, Jesu Christe, preces servórum tuórum, et miserére nobis: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saecula sæculórum. **R/** Amen.

In Æstate tam pro unica Lecitone Festi, quam pro Lectione brevi dicitur Benedictione: In unitáte Sancti Spíritus.

Lectio Brevis Thren 2,19

Tu autem Dómine, miserére nobis. **R/** Deo grátias.

Ps.33,2

BEnedícam Dóminum In omni témpore.
V/ Semper laus ejus in ore meo. **R/** Glória Patri et Fílio, et Spiritui Sancto.

Tempore Paschali dicitur lectio brevis et responsorium breve, ut in Proprio de Tempore Feria II post Dominicam in Albis vel in Ordinario Temporis Paschalis notatur.

Feria II in II Nocturno

Per Annum et Tempore Paschali super omnes Psalmos
Allelúja, allelúja, allelúja.
A Septuagesima usque ad Pascha *Ps.38,1*
ET non delínquam in lingua mea.
Psalmus 38 *Dixi: Custódiam vias meas:*
Psalmus 39 *Exspéctans exspectávi Dóminum,*

A Septuagesima usque ad Pascha *Ps.17,20*
SAna, Dómine, ánimam meam, quia peccávi tibi
Psalmus 40 *Beátus qui intélligit super egénum, et páuperem:*
Psalmus 41 *Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum:*

A Septuagesima usque ad Pascha *Ps.44,2*
Eructávit cor meum verbum bonum.
Psalmus 43 *Deus, áuribus nostris audívimus:*
Psalmus 44 *Eructávit cor meum verbum Bonum*

Repetita post ultimum Psalmum Antiphona, dicuntr Capitulum et versus, prouti Officiums occurrens exigit.

Capitula in Feriis

Per Annum 1. Cor. 16, 13-14
Vigiláte, et state in fide, viríliter ágite, **R/** Deo grátias.
V/ Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine.
R/ In saecula sæculórum laudábunt te.

Tempore Adventus Tit. 2, 12-13
Sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc saeculo, **R/** Deo grátias.
V/ Veni, Dómine, et noli tardáre.
R/ Reláxa facinóra plebi tuæ.

Prædictum Capitulum et Versus dicuntur in Adventu usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Tempore Quadragesimæ Is. 1, 1617
Lavámini, mundi estóte, auférte **R/** Deo grátias.
V/ In mánibus portábunt te.
R/ Ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

*Prædictum Capitulum et **V/** dicuntur in Feriis a Feria II post Dominicam I Quadragesimæ usque ad Sabbatum ante Dominicam Passionis.*

Tempore Passionis 1. Cor. 16, 13-14
Tu autem, Dómine, demonstrásti mihi, **R/** Deo grátias.
V/ Eripe me, Dómine, ab hómine malo.
R/ A viro iníquo éripe me.

*Prædictum Capitulum et **V/** dicuntur a Feria II post Dominicam Passionis usque ad Feria IV Majoris Hebdomadæ inclusive.*

Tempore Paschali Rom. 6, 4
Consepúlti enim sumus cum Christo **R/** Deo grátias.
V/ Resurréxit Dóminus, allelúja.
R/ Sicut dixit vobis, allelúja.

*Prædictum Capitulum et **V/** dicuntur a Feria II post Dominicam in Albis usque ad Vigilia Ascensionis Domini inclusive.*

Capitula in Festis Duplicibus minoribus et OffIciis Simplicibus

Pro uno Martyre extra Tempus Paschale Eccli. 15, 3
V/ Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo.
R/ Et laudabúntur omnes recti corde.

Pro pluribus Martyribus extra Tempus Paschale Sap. 10, 17
V/ Justórum ánimæ in manu Dei sunt.
R/ Et non tanget illos torméntum mortis.

Pro uno vel pluribus Martyribus Tpre Paschali Sap. 5, 5
V/ Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja.
R/ Mors Sanctórum ejus, allelúja.

Pro Confessore Pontifice Eccli. 44, 20
V/ Justus germinábit sicut lílium.
R/ Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Pro Confessore non Pontifice Eccli. 39, 6
V/ Justus germinábit sicut lílium.
R/ Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Pro Virginibus II Cor. 11, 2

Pro sancta Martyre tantum Eccli. 51, 45

Pro nec Virgine nec Martyre Prov. 31, 20-21
V/ Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem.
R/ Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ.

*Quæ Capitula et **V/V/** in dictis Officiis semper dicuntur, nisi propria in Proprio Sanctorum assignantur. In Officio S. Mariæ in Sabbato Capitulum et **V/** notantur in ejus Officio post Comune Sanctorum.*
*Post **V/** dicitur.* **Kýrie eléison**. Christe eléison, Kýrie eléison.

Pater noster *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas in tentatiónem.
V/ Dóminus vobíscum. **R/** Et cum Spíritu tuo. *Et dicitur **Oratio** ut ad Laudes. Oratione completa, in Duplicibus minoribus, Semiduplicibus et Officiis Simplicibus absolute incipiunt Laudes a Versu* Deus in adjutórium.

FERIA TERTIA

Omnia ut in Ordinario

Invit.

Jubilémus Deo, Salutári nostro. Veníte.

Hymn.

Consors patérni lúminis, Lux ipse lucis, et dies, Noctem canéndo rúmpimus: Assíste postu-lánti-bus. 2. Aufer tenébras méntium, Fuga catérvas dæmonum, Expélle somnoléntiam, Ne pigritántes óbruat. 3. Sic, Christe, nobis ómnibus Indúlgeas credéntibus, Ut prosit exorántibus, Quod præcinéntes psállimus. 4. Prasta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Cum Spí-ritu Paráclito Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria III in I Nocturno

Per Annum *Ps.45,2*
Adjútor in tribulatiónibus.
Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
Psalmus 45 *Deus noster refúgium, et virtus:*
Psalmus 46 *Omnes Gentes, pláudite mánibus:*

Per Annum *P s .4 7,2*
Magnus Dóminus, et laudábilis nimis
Psalmus 47 *Magnus Dóminus, et laudábilis nimis:*
Psalmus 48A *Audite hæc, omnes Géntes:*

Per Annum Ps.49,1
DEus deorum, Dóminus locútus est.
Psalmus 49 *Deus deórum, Dóminus locútus est:*
Psalmus 51 *Quid gloriáris in malítia,*

Per Annum
V/ Immola Deo sacrificium laudis.
R/ Et redde Altíssimo vota tua.
in Adventu, in Offocio feriali tantum.
V/ Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.
R/ De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.

In Offîcio Sanctorum trium Lectionum **V/** *ut supra per Annum.*

In Quadragesima
V/ Scápulis suis obumbrábit tibi.
R/ Et sub pennis ejus sperábis.
Tempore Passionis
V/ De ore leónis líbera me, Dómine.
R/ Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.
Tempore Paschali
V/ Surréxit dóminus vere, allelúja.
R/ Et appáruit Simóni, allelúja.
Infra Octavam Ascensionis
V/ Ascéndens Christus in altum, allelúja.
R/ Captívam duxit captivitátem, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas.

Absolutio
Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.
In Æstate Benedictio A cunctis vítiis.

Lectio brevis Prov. 3, 19-20
Dóminus sapiéntia fundávit terram,. Tu autem Dómine, miserére nobis.

Ps.53,3
Eus, in nómine tuo Salvum me fac, Dómine.
V/ Et in misericórdi- a tua líbera me.
V/ Glória Patri et Fílio, et Spiritui Sancto

Feria III in II Nocturno

Per Annum, et tempore Paschali super omnes Psalmos.
Allelúja, allelúja, allelúja.
A septuagesima usque ad Pascha *Ps.52,7*
AVértit Dóminus captivitatem plébis suæ.
Psalmus 52 *Dixit insípiens in corde suo: Non est Deus.*
Psalmus 53 *Deus, in nómine tuo salvum me fac:*

A septuagesima usque ad Pascha *Ps.54,3*
Inténde in me * et exáudi me, Dómine.
Psalmus 54 *Exaudi Deus oratiónem meam,*
Psalmus 55 *Miserére mei, Deus, quóniam conculcávit me homo:*

Extra Tempus Paschale *Ps.57,2*
Iusta judicáte, fílii hóminum
Psalmus 57 *Si vere útique justítiam loquímini:*
Psalmus 58 *Eripe me de inimícis meis, Deus meus:*

Capitulum in Feriis et in Festis ut notatur in Feria II

FERIA QUARTA

Omnia ut in Ordinario

Invit.

In manu tua, Dómine Omnes fines terræ.

Hymn

Rerum Creátor óptime, Rectórque noster, á-spice: Nos a quiéte nóxia Mersos sopóre líbera. 2. Te, sancte Christe, póscimus, Ignósce tu crimínibus: Ad coniténdum súrgimus, Morásque noctis rúmpimus. 3. Mentes manúsque tóllimus, Prophéta sicut nóctibus Nobis gerendum præcipit, Paulúsque gestis cénsuit. 4. Vides malum, quod géssimus: Occúlta nostra pándimus: Preces geméntes fúndimus, Dimítte quod peccávimus. 5. Præsta, Pater piís- sime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Paráclito

Feria IV in I Nocturno

Per Annum Ps.59,13
A nobis, Dómine, auxilium de tribulatióne.
Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
Psalmus 59 *Deus repulísti nos, et destruxísti nos:*
Psalmus 60 *Exáudi, Deus, deprecatiónem meam:*

Per Annum Ps.44,18.3
Benedícite, Gentes, Deum nostrum.
Psalmus 61 *Nonne Deo subjécta erit ánima mea?*
Psalmus 65 *Jubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus:*

Per Annum Ps.67,27
In ecclésiis benedicite Dóminum.
Psalmus 67 *Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus,*
Divisio *Benedíctus Dóminus die quotídie:*

Per Annum
V/ Benedícite, Gentes, Deum nostrum.
R/ Et audítam fácite vocem laudis ejus.

in Adventu, in Offocio feriali tantum
V/ Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.
R/ Véniet, ut salvet pópulum suum.

*In Officio Sanctorum trium Lectionum **V/** ut supra per Annum.*

In Quadragesima
V/ Scuto circúmdabit te véritas ejus.
R/ Non timébis a timóre noctúrno.
Tempore Passionis
V/ Ne perdas cum ímpiis, Deus ánimam meam.
R/ Et cum viris sánguinum vitam meam.
Tempore Paschali
V/ Gavísi sunt discípuli, allelúja.
R/ Viso Dómino, allelúja.
Infra Octavam Ascensionis
V/ Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúja.
R/ Deum meum, et Deum vestrum, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas.

Absolutio
Avínculis peccatórum nostrórum absólvat nos omnípotens et miséricors Dóminus.**R/** Amen.

In Æstate Benedictio
A societátem.

Lectio brevis Sap. 1, 1-2
Dilígite justítiam, qui judicátis terram. Tu autem Dómine, miserére nobis.
R/ Deo grátias.

Ps.70,1-2
IN te Dómine, sperávi. Non confúndar in æternum.
V/ In justítia tua líbera me et éripe me.
V/ Glória Patri et Fílio, et Spiritui Sancto.

Feria IV in II Nocturno

Per Annum
Allelúja, allelúja, allelúja.
A Septuagesima usque ad Pascha Ps.68,33
Quæríte Dóminum, et vivet ánima vestra.
Psalmus 68 *Salvum me fac, Deus:*
Divisio *Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua:*

A Septuagesima usque ad Pascha Ps.69,2
Domine Deus, in adjutórium meum inténde.
Psalmus 69 *Deus, in adjutórium meum inténde:*
Psalmus 70 *In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum:*

A Septuagesima usque ad Pascha Ps.72,1
Quam bonus Deus Israël.
Psalmus 71 *Deus, judícium tuum regi da:*
Psalmus 72 *Quam bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde!*

*Capitulum in Feriis et in Festis ut notatur in Feria II***.**

FERIA QUINTA

Omnia ut in Ordinario.

Invit.

Dominum qui fecit nos, Veníte adorémus.

Hymn.

Nox atra rerum cóntegit Terræ colóres ómni- um: Nos coni- téntes póscimus Te, juste judex córdium: 2. Ut áuferas piácula, Sordésque mentis ábluas: Donésque, Christe, grátiam, Ut arceántur crímina. 3. Mens ecce torpet ímpia, Quam culpa mordet nóxia; Obscúra gestit tóllere, Et te, Redémptor, quærere. 4. Repélle tu calíginem Intrínsecus quam má-xime, Ut in beáto gáude at Se collocári lúmine. 5. Præsta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Paráclito Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria V in I Nocturno

Per Annum Ps.73,2
Liberásti virgam hereditátis tuæ.
Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
Psalmus 73 *Ut quid, Deus, repulísti in finem:*
Psalmus 74 *Confitébimur tibi, Deus:*

Per Annum Ps.76,15
Tu es Deus, qui facis mirabília.
Psalmus 76 *Voce mea ad Dóminum clamávi:*

Per Annum Ps.77,1
Inclináte aurem vestram in verba oris mei.
Psalmus 77 *Audíte, pópule meus, legem meam:*
Divisio *Et dilexérunt eum in ore suo*

Per Annum Ps.78,9
Propítius esto peccátis nostris, Dómine.
Psalmus 78 *Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam*

In Officio Feriali

Per Annum

V/ Deus, in sancto via tua.
R/ Quis Deus magnus, sicut Deus noster?

In Adventu, in Officio feriali tantum

V/ Ex Sion spécies decóris ejus.
R/ Deus noster manifése véniet.

In Officio Sanctorum trium Lectionum **V/** *ut supra per Annum.*

In Quadragesima

V/ Ipse liberávit me de láqueo venántium.
R/ Et a verbo áspero.

Tempore Passionis

V/ Erue a frámea, Deus ánimam meam.
R/ Et de manu canis únicam meam.

Tempore Paschali

V/ Surréxit dóminus de sepúlchro, allelúja.
R/ Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas.

Absolutio

Exáudi, Dómine, Jesu Christe, preces servórum tuórum, et miserére nobis: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. **V/** Amen.

In Æstate Benedictio

In unitáte Sancti Spíritus.

Lectio Brevis Thren. 2,19

Cui confídunt in Dómino, intélligent veritátem: et fidéles in dilectióne acquiéscent illi: quóniam donum et pax est eléctis ejus.

Ps.80,2

EXsultáte Deo, Adjutóri nostro
V/ Jubilate Deo Jecob.
V/ Glória Patri et Fílio, et Spiritui

Feria V in II Nocturno

Per Annum et Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
A Septuagesima usque ad Pascha Ps.80,2
Exsultáte Deo adjutóri nostro.
Psalmus 79 *Qui regis Israël, intende:*
Psalmus 80 *Exsultáte Deo, adjutóri nostro:*

Extra Tempus Paschale Ps.82,19
Tu solus Altíssimus super omnem terram.
Psalmus 81 *Deus stetit in synagóga deórum:*
Psalmus 82 *Deus, quis símilis erit tibi?*

Extra Tempus Paschale Ps.84,2
Benedixísti, Dómine, terram tuam.
Psalmus 83 *Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum:*
Psalmus 84 *Benedixísti, Dómine, terram tuam:*

Capitulum in Feriis et in Festis ut notatur in Feria II.

FERIA SEXTA

Omnia ut in Ordinario

Invit.

Adoremus Dóminum: Quóniam ipse fecit nos. Veníte.

Hymn.

Tu, Trinitátis Unitas, Orbem potenter qui regis, Atténde laudum cántica, Quæ excubantes psállimus. 2. Nam léctulo consúrgimus Noctis quieto témpore, Ut lagitémus vúlnerum A te medélam ómnium. 3. Quo fraude quidquid dæmonum In nóctibus delíquimus, Abstérgat illud coelitus Tuæ potéstas glóriæ. 4. Ne corpus adsit sórdidum, Nec torpor instet córdium, Ne críminis contágio Tepéscat ardor spíritus 5. Ob hoc, Redémptor, quæsumus, Reple tuo nos lúmine, Per quod diérum círculis Nullis ruámus áctibus. 5. Præsta, Pater piis sime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Pa-ráclito Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria VI in I Nocturno

Per Annum Ps.85,1

Inclína, Dómine, aurem tuam mi-hi, et exáudi verba mea.

Tempore Paschali

Allelúja, allelúja, allelúja.

Psalmus 85 *Inclína, Dómine, aurem tuam, et exaúdi me:*

Psalmus 86 *Fundaménta ejus in móntibus sanctis: habitátio est in te.*

Per Annum Ps.77,12

Benedíctus Dóminus in ætérnum.

Psalmus 88 *Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo*

Divisio *Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti:*

Per Annum Ps.93,2

Exaltáre qui júdicas terram.

Sequens Psalmus Dóminus regnávit *hicprætermittitur, quando dicitur in laudibus, et ejus loco dicitur Psalmus* Notus in Judæa.

Psalmus 92 *Dóminus regnávit, decórem indútus est:*

Dicto Psalmo præcedenti, omittitur sequens.

Psalmus 75 *Notus in Judæa Deus:*

Psalmus 93 *Deus ultiónum Dóminus:*

Per Annum

V/ Intret orátio me in conspéctu tuo, Dómine.
R/ Inclína aurem tuam ad precem meam.

in Adventu, in Offocio feriali tantum

V/ Emítte Agnum, Dómine, Dominatórem terræ.
R/ De Petra desérti ad montem fíliæ Sion.
In Officio Sanctorum trium Lectionum **V/** *ut supra per Annum.*

In Quadragesima

V/ Scápulis suis obumbrábit tibi.
R/ Et sub pennis ejus sperábis.

Tempore Passionis

V/ De ore leónis líbera me, Dómine.
R/ Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Tempore Paschali

V/ Surréxit dóminus vere, allelúja.
R/ Et appáruit Simóni, allelúja.

Infra Octavam Ascensionis

V/ Ascéndens Christus in altum, allelúja.
R/ Captívam duxit captivitátem, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **R/** Et ne nos indúcas.

Absolutio

Ipsíus píetas et misericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

In æstate Benedictio

A cunctis vítiis.

Lectio brevis *Prov. 3, 19-20*

Benígnus est enim spíritus sapiéntiæ …Tu autem Dómine, miserére nobis.

Ps.53,3

Misericórdias tuas, Dómine, In ætérnum cantábo.

V/ In generatióne et progénie.
V/ Glória Patri et Fílio, et Spiritui Sancto.

Feria VI in II Nocturno

Per Annum et Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelú-ja.
A Septuagesima usque ad Pascha. *Ps.95,2*
CAntáte Dómino, et benedícite nómini ejus.
Psalmus 95 *Cantáte Dómino cánticum novum:*
Psalmus 96 *Dóminus regnávit, exsúltet terra:*

A Septuagesima usque ad Pascha. *Ps.97,1*
Quia mirabília fecit Dóminus.
Psalmus 97 *Cantáte Dómini cánticum novum:*
Psalmus 98 *Dóminus regnávit, irascántur pópuli:*

Sequens Antiphona et Psalmus Jubiláte *hic prætermittitur, quando dicitur in Laudibus, et ejus Loco dicitur Antiphona et psalmus* Bonum est confitéri *etc., ut infra.*
A Septuagesima usque ad Pascha Ps.99,2
Jubiláte Deo, omnis terra.
Psalmus 99 *Jubiláte Deo omnis terra:*
Dicto psalmo præcedente, omittitur sequens cum sua Antiphona.

A Septuagesima usque ad Pascha Ps.91,2
Bonum est confiteri Dómino.
Psalmus 91 *Bonum est conitéri Dómino:*
Psalmus 100 *Misericórdiam et judícium*

Per Annum et Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
A Septuagesima usque ad Pascha
Jubiláte Deo, omnis terra.
A Septuagesima usque ad Pascha
Bonum est confiteri Dómino.

Capitulum in Feriis et in Festis ut notatur in Feria II.

SABBATO

Omnia ut in Ordinario

Invit.

Dominum Deum nostrum, Veníte adorémus.

Hymn

Summæ Parens cleméntiæ Mundíque factor máchinæ Unus potentiáliter Trinúsque persónis Deus: 2. Nostros pius cum cánticis Fletus benígne súscipe: Quo corde puro sórdibus Te perfruamur lárgius. 3. Lumbos, jecúrque mórbidum Adúre igni cóngruo, Accíncti ut sint pérpetim, Luxu remóto péssimo. 4. Ut quinque horas nóctium Nunc concinéndo rúmpimus, Donis beátæ pátriæ Ditémur omnes afatim. 5. Præsta, Pater piíssime, Patríque compar Unice, Cum Spíritu Paráclito Regnans per omne sæculum. Amen.

Sabbato in I Nocturno

Per Annum Ps.101,2
Clamor meus ad te véniat, Deus
Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelúja.
Psalmus 101 *Dómine exáudi oratiónem meam:*
Psalmus 102 *Bénedic, ánima mea Dómino:*

Per Annum Ps.102,2
Benedic, ánima mea, Dómino.
Psalmus 103 *Bénedic, ánima mea; Dómino:*
Divisio *Hoc mare magnum, et spatiósum mánibus:*

Per Annum Ps.104,3
LÆtétur cor quæréntium Dóminum.
Psalmus 104 *Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus:*
Divisio *Et intrávit Israël in Ægýptum:*

Per Annum
V/ Dómine, exáudi oratiónem meam.
R/ Et clamor meus ad te véniat.
in Adventu, in Offocio feriali tantum
V/ Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.
R/ Véniet, ut salvet pópulum suum.

In Officio Sanctorum trium Lectionum **V/** *ut supra per Annum.*

In Quadragesima
V/ Scuto circúmdabit te véritas ejus.
R/ Non timébis a timóre noctúrno.
Tempore Passionis
V/ Ne perdas cum ímpiis, Deus ánimam meam.
R/ Et cum viris sánguinum vitam meam.
Tempore Paschali
V/ Gavísi sunt discípuli, allelúja.
R/ Viso Dómino, allelúja.
Infra Octavam Ascensionis
V/ Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúja.
R/ Deum meum, et Deum vestrum, allelúja.

Pater noster, *secreto usque ad* **V/** Et ne nos indúcas.

Absolutio
Avínculis peccatórum nostrórum absólvat nos omnípotens et miséricors Dóminus. **R/** Amen.

In æstate Benedictio
A societátem.

Lectio brevis Eccli. 12, 2-3
Bénefac justo, Tu autem Dómine, miserére nobis.

Ps.101,22
Domine, exáudi oratiónem meam.
V/ Et clamor meus ad te véniat.
V/ Glória Patri et Fílio, et Spiritui Sancto.

Sabbato in II Nocturno

Per Annum et Tempore Paschali
Allelúja, allelúja, allelú-ja.
A Septuagesima usque ad Pascha Ps.105,4
Visita nos, Dómine, in salutári tuo.
Psalmus 105 *Confitémini Dómino quóniam bonus:*
Divisio *Et irritavérunt eum ad Aquas contradictiónis:*

A Septuagesima usque ad Pascha Ps.24,17
De necessitátibus meis éripe me, Dómine.
Psalmus 106 *Confitémini Dómino quóniam bonus:*
Divisio *Dixit, et stetit spíritus procéllæ:*

Extra Tempus Paschale Ps.108,30
COnfitébor Dómino nimis in ore meo.
Psalmus 107 *Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum:*
Psalmus 108 *Deus, laudem meam ne tacúeris:*

Capitulum in Feriis et in Festis ut notatur in Feria II.